COLLECTIO EPISTOLARUM VARIARUM

Oberitalien (Bologna?), 1. Hälfte 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

et quicquid inde inveneris nostre curie rescribas ut per certificati tua
hoc celsitudo nostra procedat sicut fuit procedendum

Quoniam nostre innotuit maiestati quod I. de .. de urbe veniens in
civitatem nostram .. fratris nostri carnis extitit plurimum et infestus fide- · xlii ·
litati tue percipiendo mandamus quatenus si tibi constiterit de predictis
memoratum I. ut pace et tranquillitate nostra aliqualiter non
obmittas nisi pro hoc in provincia scandalum publicum ex quo fratris vo-
stris dispendium inferri inde posset oriri

Supplicaverunt excellentie nostre A. et B. fideles nostri etc. Tue igitur · xliii ·
fidelitati percipiendo mandamus quatenus de conditione potentium et qualitate per-
sonarum predictorum et quicquid inde curie nostre expediat per inquisitionem
ate diligentissime faciendam plene certitudinem nostre instruas veritate
statis

Cum ad salubrem statum nostrum et qualitatem negotiorum instantis · xliiii ·
habendo respectum providissime vestre prudentie committendo
O. de .. et iudicem R. de .. fideles nostros ad vos speciales nuntios
destinemus · fidelitati vestre mandamus quatenus que iidem nuntii nostri
super hiis oretenus vobis exponent cum vestris retulerint tamquam
ab ore nostro prolata firmiter credatis et efficaciter adimpleatis taliter ut
devotionem vestram proinde merito commendemus

Conquerente I. de .. fidele nostro nostra serenitas intellexit quod cum ipse · xlv ·
pacifice et quiete teneret in territorio castri de .. quasdam suas pos-
sessiones ad eum spectantes pertinentes I. de .. mulier destituit eum
absentem et iuris fratris sic asserit existentem possessionibus an-
dictis iuris ordine non servato Super quo cum supplicaverit sibi per nostram
excellentiam super iustitiam subveniri ipsius supplicationibus velut ius-
tis et consonis inclinati fidelitati tue percipiendo mandamus quatenus
si tibi constiterit ita esse possessiones ipsas cum iure prefato predicto fi-
deli nostro restitui facias ut est iustum nec iustam super hoc causam habeat
conquerendi · –

Pro parte universitatis Cesene nostrorum fidelium nostre fuit celsitu- · xlvi ·
dini nuper oblata querela quod cum pretempore G. de .. fidelis no-
ster extitit in potestatem electus · deinde eodem G. amoto alium
eisdem in eundem potestarie officio duxeris subrogandum dicto G.
primo electo pro rata temporis quo in eodem officio stetit salario propterea
sicut dicitur integre persoluto · Tu ad ipsius G. postulationem iuris
ordine non servato potestati et ambassiatoribus civitatis illius
mandasti ut eidem G. de toto salario ipsi promisso annuatim pro statutum
de satisfactionem integram facere non postponant Asserunt etiam no-
bis etiam per eosdem quod per litteras tuas Thome de mareno scriptas in partibus
imperii in Romagnia vicario generali dudum dedisti firmiter in manda-
tis pro G. supradicto memorato quod mandatum ipsum executioni debeat
demandare in eorum gravem preiudicium et gravamine ex eo quod residuum
salarium eidem prefati alterius subrogato propterea extitit integre per-
solutum · Unde cum pro parte ipsius civitatis nostre maiestati fuerit

282 r